Μακάριοι οἱ ταύτην τὴν ὁδὸν τηρήσαντες, καὶ δικαιοσύνην τιμήσαντες. χαίροντες γὰρ καὶ ὑμνολογοῦντες τὸν Θεὸν εἰς βασιλείαν οὐρανῶν εἰσελεύσονται· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A Beati qui hanc viam servant, & justitiam colunt: gaudentes enim & collaudantes Deum, in regnum cœlorum introibunt. Quod utinam nos consequamur, gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ.

EJUSDEM SANCTI PATRIS EPHRAEM SYRI

ADHORTATIO SECUNDA.

B

Προσεχετέον ἀπὸ κακῆς συμβουλίας. Ὥσπερ γὰρ δύο τινὲς λαμπρὰς περιβεβλημένοι βαδίζοντες ἐν αὐτῷ τῇ ἀγορᾷ, καὶ ὁ μὲν εἷς μὴ προσέχων ἑαυτῷ, προσκοψας ἔπεσεν ἐν πηλῷ, καὶ τὴν ἑξαλον σολὴν παντοίως ῥήμωσεν· κινεῖ τοῦτον ὁ φθόνος, ὥστε τὸν πλησίον καταβαλεῖν ἐν βορβόρῳ, ἵνα μὴ αὐτὸς μόνος ἀχημονῇ· οὕτω καὶ ἐνταῦθα οἱ τῆς ἀρετῆς ἐκπεσόντες ἀγωνίζονται ὑποσκελίσαι τοὺς λοιποὺς, ἵνα μὴ μόνοι ἐν ἀχημοσύνῃ ἀπελαθῶσιν. Λαλοῦσι ταπεινὰ, καὶ ἀποκλίνοντας γλυκέως, ἵνα τῆς σωφροσύνης ἀποπασαμένους ἐν ἁμαρτίαις τοὺς ὑπηκόους καταπήξωσι. καὶ οὐκ ἐντρέπονται πράττοντες τὰ φαῦλα, ἀλλὰ προτρέπονται τὸν πλησίον, καὶ φησίν· τί ἡμᾶς βδελύσσῃ; ἐπειδὴ ἁμαρτωλοί ἐσμεν κατακρίνῃ ἡμᾶς; ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα, οἱ ἀκούοντες τὰ αὐτὰ πράττουσιν; οὐκ οἶδας ὅτι τὸ πρᾶγμα τοῦτο πεπέγειραι ἐστίν; καὶ οὐκ αἰσχύνονται ταῦτα λαλοῦντες· Φασί; ὅτι αὐτοὶ μὲν πεσόντες οὐ βλέπονται φαινάπαγ· ἀλλὰ δὲ εἰς σκάνδαλον τοῖς πολλοῖς, καὶ εἰς πῶσιν καὶ ἁφοδραὶ γεγένηνται· καὶ ὥσπερ δέλεαρ ἐν ἀγκίστρῳ, κέχρηνται αὐτοὺς ὁ Διάβολος. Ὅτε γὰρ ἄρχοντας καὶ τοὺς ἁγίους προφήτας τοῦ διαβάλλειν, τοῦ δελεάσαι ψυχὰς ἀσθενούντες. Ὢ καρδία διεστραμμένη πάντων ἀνθρώπων. ὦ στόμα πλῆρες κακίας καὶ δόλου. ὦ λάρυγξ, ἀνεῳγμένος τάφος, ἑτοίμως διαφθείρων τοὺς ἐμπίπτοντας ἐν αὐτῷ· δικαίως παραδίδονται εἰς πάθη ἀτιμίας, διότι τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ ἀπώσαντο. ὅθεν καὶ ἐξωθήσονται ἀπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν, ὅτι οὐ τὸν Θεὸν ἐφοβήθησαν, οὐδὲ τῶν Χριστιανῶν εὐλάβειαν προετίμησαν, ψυχὰς νέων ἀπατῶντες. Διὰ τοῦτο φυλάσσου ἀπ' αὐτῶν, ἀγαπητὲ, μὴ καταβλέξωσί σε τοῖς μαλακοῖς αὐτῶν λόγοις. Φεῦγε αὐτῶν τὴν συντυχίαν, ἵνα μὴ πικρανθῇς σὺ ἐπὶ χολῇς καὶ καταπέσῃς ἐπὶ δίστομον μάχαιραν, καὶ τὴν ὑποθήκην τοῦ Σαλομῶντος. Καὶ πᾶς

ATtendendum est a consilio perverso. Nam quemadmodum duo aliqui splendide induti, simul per forum euntes, alteruterque non sibi præcavens, impingendo in lutum incidit, vestemque præclaram omnino destruit; postea motus invidia, etiam proximum in cœnum dejicit, ne ipse solus turpis videatur. Sic etiam hic, qui virtute exciderunt, nituntur supplantare cæteros, ne soli in dedecore versentur. Loquuntur humilia, dulciterque respondent, ut a modestia avellentes, in peccata eos qui sibi obsequuntur, deturbent. Neque confunduntur, improba factitantes; sed proximum exhortantur, dicuntque: Cur nos abominaris? quia peccatores sumus, condemnas nos? Ille, & ille, de quibus fama est, nonne eadem faciunt? An ignoras, istam rem esse, labi atque resurgere? Neque illos pudet, cum hæc dicunt. Quare? quia ipsi lapsi, nolunt assurgere: quin etiam & scandalum multis, & lapsum, & interitum afferunt: & quasi esca in hamo, iis utitur Diabolus. Interdum etiam sanctos quoque Prophetas criminari incipiunt, ad inescandas animas infirmas. O cor perversum talium hominum! O os malitia ac dolo plenum! o guttur, sepulchrum apertum, incunctanter perimens incidentes in ipsum! Juste traduntur passionibus ignominiæ, eo quod cognitionem Dei repulerint: unde & a Deo propter multitudinem impietatum ipsorum ejicientur, quod neque Deum timuerint, neque Christianorum pietatem cæteris rebus anteposuerint, animas juniorum decipientes. Quapropter ab iis tibi cave, carissime, ne mollibus suis verbis comburant te. Fuge ipsorum consuetudinem, ne felle amarior fias, & in bicipitem gladium incidas secundum documentum Salomonis. Et omnis qui- Proverb. 5.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0453
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg